



Nobiliss<sup>o</sup> et Spectabili D. Constantino Huygens, Leydenensis D<sup>o</sup>, 18

Rob: Smith, S. D. 21.

Mihi iterum, Vir Nobilissime, apertis seris tua interpello. Vides  
hic carmen, quale nuper Gorcomio et Edamo, nunc Norwimago  
a me datum. Majus Batavorum quod paravi Oppidum,  
Amstelodamum ad Tac: Laurentinum misi, Blacundo Typographo  
exhibendum, qui unus Amstelodamenses inter de eius editione cogitat,  
despicat quatermis an octonis foliis, et quo nec aut commodo aut  
incommodo imprimendum censeat. Tua sedera in operis  
frontispicio. Tabella meae olim a te Grytariotbeq, capiti quod de ruderib.  
agit, cum responso ad eam meo adpensa. Cum veterum recentiq,  
auctoritatis dissertationem claudio, Haemrodio, Juvio, Schriverio,  
Huygensii quae Vornerfi ab insula venit epistola, ut argumen claudat junctur.  
Sic tuis magis quam cuiuscquam alterius, aut propriis splendes plurimis,  
si tamen splendeo. Nunc super dedicatione laboro. Amstel<sup>o</sup>  
D. Verbolto, inscriptio quam vides non satis placet; suadet pro una  
geminam ut dem, aliam Illustri<sup>o</sup> D. Ordinibus, aliam scorsim Senatui  
nostro. Nobis prudens in decorum hic peccare. Facile erit aliam  
addere. Sed an et satis pro decoro, uni operi aut opusculo dedicatione  
non unam praefigere? Alter forte ordo omitti poterit. Sed uter?  
Causae sunt aucti non inde, quae utrumq, hic ordinem ita spectant,  
ut alternans inter utrumq, incertis plane ferat, et neutrum praeterire  
optem. Patior in omnibus istis mihi sententia videtur, quae amicorum,  
aut ut confidenter dicam, tua erit. Conferet super ea tecum, si  
utriq, integrum erit. D. Verboltois. Verbum ergo non addam, praeter  
solemne illud; Vale Nobiliss<sup>o</sup> Huygens, Vale et constanter fave.  
Scrib: Norwimagi. A<sup>o</sup> ✠ C1212 CXLIV.  $\frac{5}{13}$  Martii.











A Monsieur

Monsieur Huygens, Seigneur de  
Angleshem, Confesseur et Secrétaire  
de son Altesse Monsieur le Prince  
d'Orange

